

ab illis hominibus qui iuerint contra nostra statuta, tollere debeant et placitare pro nostro comuni ea omnia in quibus ipsi ceciderint; et nostri iudices ad cognoscendum (3) ueritatem super hoc a quibuscumque eis melius placuerit plenissimam potestatem habeant. Similiter in omnibus partibus plenissimam potestatem habeant (4) qui pro comuni Ueneciarum extiterint. Saluis omnibus que debemus nos dux et nostri consules deffinire.

St. Tiep. 52. — Tarr. 52.

(3) cognoscendam — (3) Similiter . . . habeant *omesso*.

XCVIII (1). De termino ad quem paccamentum fieri debet patronis et marinariis.

Mandamus quod merchatores per muduam || augu- A. 233*
sti (2) extra Culsum ituri totum pacamentum quod ex
pacto in Ueneciis facere debent patronis quarto die exeun-
te iulio (3), sub pena soldorum duorum pro qualibet libra,
eisdem facere teneantur. Secundo uero die exeunte iu-
lio (4) eodem modo, sub pena predicta, patroni pacamen-
tum marinariis facere teneantur.

Var. in Q: (1) CXI. — (2) agusti — (3) iulij — (4) iullio.

**C (1). De termino statuto de nauibus et aliis lignis
extrahendis extra portum.**

Uolumus quod omnes naues per muduam augusti
extra Culsum iture taliter sint parate, ut usque ad me-
dium mensem augusti, omni occasione (2) cessante, pa-
tronii nauium eas extra portum sancti Nicholai (3) trahere
possint ad uiaticum suum sine dilacione faciendum (4);
et hoc facere teneantur sub pena soldorum viginti (5)
pro qualibet milliario de hoc quod (6) nauis fuerit exti-
mata; || quam penam patroni nauium contra hoc facientes A. 234

Var. in Q: (1) CXII. — (2) occaxione — (3) Nicolai — (4) dillacione
facienda — (5) XX — (6) q. d. h. —